

doctrina S. Cesatii ser. 295. in Appendice oper. S. Augustini. Solent, inquit, Ebriosi, ut dicant: Persona petens me cogit ut amplius bibam, & in convivio Regis non potui aliud facere. Ad excusandas excusationes in peccatis ista preterdimus, & quod implere nolimus, non potuisse nos dicimus. Etiam hoc veniretur, ut tibi diceretur: aut bibes, aut morieris: melius erat ut carnis tua sobria occideretur, quam per ebrietatem anima moreretur. Item serm. 292. Qui alterum cogit ut se plus quam opus est, bibendo inebrietur, minimus malum ei erat nisi carnem ejus vulneraret gladio, quam animam ejus per ebrietatem occideret.

16 Sic probabilis licitum est se inebriare ad vitandam mortem ab alio intentatam, dummodo absit scandalum, neque cedat in contemptum Religionis, & virtutis temperantiae a christianis servandae. Et ratio est, quia si ad redimendam vitam a tyranno fas est sibi ipsam manum, vel pedem amputare, cur non etiam rationis usum ad breve tempus sibi adimere? Lessius lib. 4. cap. 3. d. 4. n. 37. Layman loc. cit. num. 5. Busembau l. cit. num. 3. Azor. Reginald. Baldell. La-Croix, & alii. Contrarium tamen sentiunt multi alii nientes pro se adducere Divum Augustinum. serm. 232. de tempore, ubi sic habet: Etiam si ad hoc veniretur, ut tibi diceretur, aut bibas, aut morieris, melius erat, ut caro tua sobria occideretur, quam per ebrietatem anima moreretur. Sed S. Augustinus, ut exponunt Lessius, Dicastill. Hilsung. apud La-Croix l. c. num. 311. loquitur de casu, quo in contemptum Religionis, vel virtutis bibendum esset, quod & concedit etiam nostra conclusio. Fateor tamen, contrariam opinionem esse vere probabilem, quinimo Henno l. c. conclusion. 2. dicit esse communem contra patcos.

18 Alterum inducere, seu provocare ad illicitam ebrietatem semper est peccatum ex genere suo mortale; Sic S. August. serm. 231. de tempore, ubi sic habet: Certa bibendi lege contenditur, qui poterit vincere, laudem meretur ex crimine... Ob infelicitas generis humani. Quam multi inveniuntur, qui ebriosos, & luxuriosos amplius, quam oportet, cogunt bibere, & ante ostium pauperibus petentibus, vel unum calicem dissimulat dare... Quando animalia ducuntur ad aquam, ubi sataraverunt sitim suam, etiam si supra aquam ipsam divitiis teneantur, expleta siti bibere nolunt omnino, nec potant; considerent ebriosi, si non peiores animalibus iudicandi sint... Et quod pejus est, aliqui Clerici, qui hoc debent prohibere, ipsi cogunt aliquos plus bibere, quam expedit... Si te, & alium inebriaveris hominem amicum, habebis Deum inimicum. Sic S. Ambrosius de Elia & jejuniis cap. 13. & 14. graviter tales reprehendit, qui ad vini haustus se mutuo provocant, verisimiliter praevidentes in se, vel altero ebrietatem secururam esse. Et S. Augustinus citat. serm. 231. de tempore sic expresse ad rem loquitur: Qui enim alterum cogit, ut se plus quam opus est, bibendo inebrietur, minus malum ei erat, si carnem ejus vulneraret gladio, quam animam ei reus per ebrietatem necaret. Sic graviter peccant caupones, si inebriandos, plura vendendi, ac lucrandi praetextu, ad potum continuandum provocent; nam si teste Apostolo ad Romanos 1. digni sunt morte, non tantum qui male agunt, sed etiam qui male agentibus consentiunt, a fortiori digni erunt morte, qui alios ad male agendum provocant, & inducunt; Communis, Immo mortaliter peccant caupones, qui potum ministrant iis, quos inde praevident inebriandos, si ex datione non timeantur gravia incommoda; Communis, & certa, teste Henno loc. cit. art. 4. conclus. 1.

21 Judex, qui inebriat reum, ut sic inducat ad fatendum crimen dupliciter peccat; primo peccat tantum, & eo genere peccati, quantum, & quo illi, qui illicite aliquem ad ebrietatem provocant. Secundo peccat etiam contra justitiam, quia vult ab invito extorquere confessionem, quare gravi injuria alium afficit; arg. c. Qualiter, & quando 17. de accusat. Hinc ex illa sententia, ut potest legitima nec juridica, illicite procederet ad torturam, vel ad sententiam, Baldell. lib. 5. disp. 30. num. 29. Lessius lib. 2. cap. 29. dub. ult. num. 173. Clarus in practica criminali q. 55.

22 Glossa, & DD. in l. penult. ff. de quest. Si quis reum ad mortem damnatum, & rite dispositum inebriaret eo fine,

ut cruciatus, & mortem non sentiret, peccaret graviter, quia hic non est finis potus, neque est ratio sufficienter tollendi rationem pro eo tempore quam maxime necessariam; Dicastill. lib. 1. de justitia, & jur. disput. 3. dub. 11. n. 146. Tanner tom. 3. disp. 6. dub. 8. Gobat tom. 2. cap. 13. n. 38. & alii. Injuste detentus in carcere non peccat inducendo custodes ad materialem ebrietatem, cum in tali casu, ex quo ebrietas ipsis custodibus non sit voluntaria, ipsi incupabiliter inebrientur, & allunde injuste detentus utatur jure suo ad se liberandum tali injustitia sine propria, & custodia culpa. Peccat tamen, si inducat ad ebrietatem formalem, etiam si adesset periculum mortis, quia est intrinsece malum inducere aliquem directe ad peccatum, quidquid contra dicere videatur Lessius l. 4. de justitia cap. 3. num. 35. & Baldellus lib. 5. disput. 30. Si autem juste detineatur in carcere, peccat, licet ad materialem tantum ebrietatem inducat, partim quia inducit ad aliquid de se malum: partim quia est causa injusta gravium malorum, quae patientur custodes; Gobat l. 2. cap. 13. num. 30. La-Croix, lib. 5. cap. 3. dub. 5. art. 2. num. 332. & alii.

Si grave malum non possit alia via impediri, nisi Auctor inebrietur, licet eum inducere ad ebrietatem materialem ei penitus involuntariam, ut scilicet praeter intentionem, ideoque incupabiliter inebrietur, v. g. praetendo tali homini vinum fortissimum, seu medicatum, cujus vi ignorata inebrietur, & sic omittit gravellud malum iam ideatum, & praeparatum, exempli gratia, proditorem Urbis, incendium communium, & publicum scripturarum, abduccionem, seu depradationem publici aedificii, & hujusmodi. Tunc enim videtur adesse justa causa sic eum materialiter inebriandi, & aliunde non induceretur ad peccatum formale, cum talis ebrietas esset ipsi penitus involuntaria; Sic Lessius l. 4. c. 3. dubit. 4. num. 37. Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 11. Busembau l. 5. c. 3. art. 2. num. 6. Diana, Medina, Gobat, & alii. An autem hoc casu liceat eum inducere ad ebrietatem formalem ipsi voluntariam, & culpabilem, variant Doctores; Lessius l. c. num. 32. affirmat, quia, inquit, licet suadere, & inducere ad minus malum, ut impediatur majus. Rectius tamen negant Arsdelchin q. singul. q. 11. Burgh. cont. 3. cas. 68. Layman lib. 3. sect. 4. num. 6. Busembau l. c. & alii. Qui in ebrietate scit se solere percitere uxorem, filios, aliosque domesticos, aut damna inferre aliis, peccat etiam contra pietatem, aut justitiam, si se inebriat, teneturque compensare damna in tali ebrietate aliis illata, cum sint satis praevisa in causa, neque adhibeatur sufficiens, & requisita praecautio, Gobat tom. 1. tract. 5. c. 10. reb. 1. La-Croix lib. 5. num. 334. & alii passim.

Bibere in sanitate aliorum, v. g. regum, principum, magnatum, amicorum, & hujusmodi, est mos satis antiquus, ut ex Ovidio, Horatio, atque aliis ostendit Fornerus l. 3. de temulentia malo c. 16. & potest esse laudabilis, & licitus, si re ipsa nihil aliud contineat, quam sanitatis appreciationem, cum sit consuetudo usitatissima in convivio etiam Clericorum, & Religiosorum modestae laude non carentium, dummodo tamen non interveniat in similibus potationibus aliqua ad vini haustus munita provocatio cum solito periculo ebrietatis, ut ad rem S. Augustinus, & S. Ambrosius adducit supra sub num. 18. Si autem per talem potum induceretur, & vellet quis inducere Deum ad sanitatem alteri dandam, esset peccatum superstitionis, quia esset per actum per se indifferentem, & non spectantem ad Dei gloriam velle movere, & inducere Deum ad aliquid faciendum, quod est superstitionis, cum ex S. Th. 2. 2. q. 93. art. 2. in corp. & communialiorum actus superstitionis exerceatur, quoties ad Dei gloriam facimus aliquid, quod ad Dei gloriam non perinet. Tum quia potest esse peccatum, cum tales propinationes sapissime fiant ex sola adulatione, & talia pocula ut plurimum ebibantur cum praesentissimo periculo laedendi mentem, sanitatemque propriam, vel alienam; Unde, ut refert Gobat tom. 2. tract. 5. cap. 14. reb. 8. num. 88. scite scripsit quidam sibi notus Medicus.

Quo tibi potatum plus est in ventre salutem, Hoc minus a potis hinc salutis habes.

Hinc

31 Hinc S. Ambrosius de Elia. & jejuniis cap. 7. sic ait: Quid autem obstinationem potantium loquat? Quid memorem sacramenta quae violare nefas arbitrar? Bibamus, inquit, pro salute Imperatorum, & qui non bibent, sit voti reus in devotione. Videtur enim non amare Imperatorem, qui pro ejus salute non bibent. O pia devotionis obsequium; Bibamus pro salute exercituum; pro Comitum virtute; pro florum sanitate. Et haec vota ad Deum pervenire credunt. O stultitiam hominum, qui ebrietatem sacrificium putant! Unde Fornerus l. c. cap. 19. suadet Principibus, ne permittant hujusmodi vinaria vota pro sua salute fieri, ne Deus irritatus peccatis, quae intervenire solent, morbo potius illos plectat, quam sanitate donet; Vid. Gobat l. c. reb. 8. par. 101. La Croix l. c. num. 327. Forner. l. c. cap. 19.

Gula filiae quinque assignantur a S. Gregorio l. 3. moral. cap. 37. (alids 31.) a S. Thom. 2. 2. quest. 148. art. 6. in corp. a S. Antonio part. 6. tit. 6. cap. 4. ante & §. 1. & sunt: Hebetudo mentis, inepta laetitia, multiloquium, scurrilitas, immunditia. Per hebetudinem mentis intelligitur obfuscatio intellectus orta ex ciborum, & poculorum fumositate, caput perturbans, atque impediens operationes intellectus, ac rationis, ut non possit penetrare ea, quae ceteroquin possunt, ac debent; & ideo monuit Christus Luc. 11. Attendite autem vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula, & ebrietate. Unde S. Joannes Chrysostomus. homil. 44. in Joann. sic ait: Nihil gula perniciosius, nihil inogmitiosius est; haec obtutum, & crassum ingenium, haec carnalem animam reddit, haec excacat intellectum, nec sinit, ut quidquam perscipiat. Tunc solum per eam aggravatur malitia gulae, quando per eam impeditur cognitio illorum, quae quis scire debet, v. g. necessaria ad salutem, & necessaria ad recte fungendum officio proprio, & hujusmodi; S. Antonin. loc. citat. Baldell. Theolog. moral. lib. 3. disp. 2. num. 1. & alii. Per ineptam laetitiam intelligitur laetitia vaga, & incomposita rediens hominem insaniter hilarem, & eum excitans ad stulte, obscene, aut infamatorie loquendum, ad ridicule saltandum, ludendum, & hujusmodi; Unde Exodi 32. dicitur: Sedis potum manducare, & bibere, & surrexerunt ludere, & S. Gregorius lib. 1. moral. c. 4. (aliis 5.) sic ait: Pene omnes epulas comitatur voluptas, nam cum corpus in refectationem delationem resolvitur, cor ad inane gaudium relaxatur. Ordinarie loquendo non excedit peccatum veniale, nisi adhibeatur gestus, saltus, aut verba ad grave peccatum inducentia, vel grave malum causantia. Per multiloquium intelligitur certa quaedam superflua loquacitas, per quam augetur mortaliter gulae malitia, quando potus, vel cibus ingestus causa est gravis detractionis, secretorum revelationis, & hujusmodi. Unde Proverb. 10. dicitur: In multiloquio non deris peccatum. Per scurrilitatem intelligitur certa jocularitas, quae excitatur risus per verba inhonesta, aut etiam per actus exteriores inhonestos; S. Th. loc. citat. art. 6. S. Anton. loc. citat. §. 5. Unde S. Chrysostomus. homil. 57. ad popul. sic ait: Ubi ebrietas, ibi diaboli, ubi turpia verba, ubi satura, illic demones choros agunt &c. Scurrilitas si sit in materia indifferenti cum solo excessu in joci, & facetis, est solum

venialis. Per immunditiam intelligitur ordinata emissio quarumcumque superfluitatum, sive per vomitum, sive per pollutionem; S. Thomas loc. citat. art. 6. Gobat tom. 2. tract. 5. cap. 23. num. 209. Unde Apostolus ad Ephes. 5. 5. dicit: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, & S. Hieronymus Epist. 83. ad Oceanum sic habet: Veniter meus esturans cito despumat in libidines, in vino luxuria, in luxuria voluptas, in voluptate impudicitia est. Ordinarie immunditia est solum peccatum veniale, potest tamen esse mortale, si inde sequatur notabile damnum in corpore, vel bonis fortunae, aut in aliorum scandalum; aut ex excessivo potu, & cibo intendatur, vel praevideatur, & directe procuretur voluntaria pollutio. Haud mirum, si in hoc titulo de gula multa Auctor, vel indulgeat, aut facile a gravitate excuset, cum semper illorum Theologorum sententia adhaereat, qui consunt pulvillos sub omni cubito manus. Adeat Lector Nat. ab Alex. theol. dogm. & mor. l. 3. c. 10. de gula, ubi sanctissima Scripturarum Sanctorumque Patrum doctrina ediscet ea omnia, quae ad hoc capitale vitium pertinent. Praeter ea, quae sunt addita lit. C pag. 177. art. 5. reminisci oportet leg. 36. tit. 5. p. 1. 2. tit. 5. 5. & 6. tit. 7. p. 2. cum glo. ad eas D. Gregor. Lop. quae quidem si recte perpenduntur, nihil aliud extra quod supra in hac verb. est extensum, reperitur. In prima proponitur, ad episcopatum electum se debere a voracitate, & comessationibus abstinere: delictum magnum aestimatur contra se gerens: si in cibo, & potu temperantia non datur, mala non pauca oriuntur: Dei cognitio & sui ipsius deficit castitas destruitur, & vita parum durationis consequitur: quanta aegritudines, & incommoda contrahantur, naturalis ratio suadet: mors facile invadit, aut corpora habitualibus afflictionibus non erit immunis. In secunda advertitur, opportuno tempore regem, & cibus & potu, corporis valetudini servientibus victitaturum, bene coctis, & praeparatis: juxta prudentum consilia ad vivendum, non ad vescendum nati sumus: praedicta temperantiae virtus sperni nequit: semper, nisi corporis necessitate attenda, epulae sunt despiciende: vini dominationem quilibet effugiet: alia dama, extra in praecedenti lege signata, in hac ostenduntur etiam in idem tendant objectum: ideo talis potus usquequo aetas permittet, erat regibus vetitus, secus vero in hac vita infirmantur, & in altera cum eis agitur sicut illi, qui rationabilem vitam relinquunt, & bestiarum degunt. In tertia, & quarta tractatur, quae forma sunt regum filii nutriendi, & in utraque virtus eadem demandatur: quomodo ab eis sit prandendum, quae in convivio sunt fugienda, & quod lotis ante & post prandium manibus debent se praeveneri, declaratur: non omittitur referre bona multa ex sobrietate, munditia, gravitateque provenientia: nec mala, se in epulis ingurgitando, aut inter eas cantus edendo: uno verbo, quamvis in narratione detur disparitas, filiae gulae ab Auctore praeposite per dictas leges declarantur. Ad rem vid. verb. Infantes, & quae lit. E. in add. hisp. pag. 208. §. 7. decisionis, cujus ibi fit mentio.)

H

HABITUS.

SUMMARIUM.

Quid faciat monachum: per quod tempus debet in novitatu persistere, & quo habitu: & in seculari: & qualis: deferre eum non sit de essentia ad professionis validitatem: quando intelligitur profectus, ad num. 9.

Publice deferendus: ex justa causa occulte deferri, deponi, & alium inducere potest: si eum dimittit, quibus panis panitator dimittens, ad num. 18.

Semper est portandus: ad Cardinalatum assumpti, ad Ferrar. Bibliothec. Tom. IV.

episcopatum, sive archiepiscopatum eundem portabunt: quare diversi colores servantur: quilibet religio suam proprium habitum deferre debet: a Clericis secularibus non est deferendus: a pueris usque ad quod tempus potest deferri, ad num. 31.

Novitatus pretium accipere debet, non habitum, religione relicta: super vera forma habitus Sancti Francisci disputatio prohibetur: quae alia vetantur circa imagines ejusdem Sancti Divorum Augustini, Nicolai, aliorumque Sanctorum, Domini Nostri Jesu Christi, Deiparae Virginis Mariae de Angelorum, Apost.

Apostolorum: & an Indulgentia oculantibus cum concedantur: quas lucentur cum habitu Fratrum Minorum, & num. 44.

45 Non est necessarium ut in eorum ecclesiis sepeliantur: non possunt ad sepulchrum deferri alio pallio vel tegumento: quas panes incurant habitu religioso ignominiose utentes: peccatum an committant qui ad laudum habitum accipiunt, & tradunt, ad num. 48.

49 Nullo tempore a monialibus est habitus dimittendus nequis mulier uti veste virili, nec e contra: quales clerici habitum & tonsuram sunt delaturi: quibus penis coercendi: quibus etiam eodem uti est permittum, ad num. 63.

64 Varia remissive inseruntur quoad habitum regularem: a quo est prohibenda habitus alterius delatio: persone per quas parvi habitus benedicendi, signantur: obventes, Canonici Regulares Lateranenses beneficia secularia, an teneantur deferre habitum regularem, ad num. 79.

71 Auctoris supplementa subnectuntur, ad num. 74.

Habitus non facit monachum, sed professio regularis, textu expresso in cap. Porrectum 13. de Regularibus, Cum Monachum non faciat habitus, sed Professio regularis. Et est communis DD. sententia cum Glossa in cit. cap. Porrectum v. Non facit habitus. Ad hoc tamen, ut professio regularis faciat verum monachum, debet Novitius per integrum annum probationis deferre habitum monachalem, seu regularem, aliter professio est invalida; Concil. Trid. cap. 15. sess. 25. de Regularibus; & sic tenent communiter Doctores, & Gloss. in c. final. verb. Habitus 17. q. 2. in cap. Super eo de Regularibus, ubi expresse dicit, probationem debere fieri in habitu monachali, & cap. Statuimus, de Regularibus, Alioquin, inquit, non potest probare austeritatem monachalem, qua magna ex parte in vestibus consistit. Et quod in habitu seculari nequeat fieri Novitiatu, expresse decrevit Sac. Congreg. Episcopi & Regul. in una Senogallien. 17. Aprilis 1602. & in una Mediolan. 25. Octobr. ejusdem anni 1602.

Habitus Novitiorum est triplex pro diversitate religionum, ac constitutionum earum, & consuetudinum, ut bene advertit glossa communiter recepta in Clement. Eos, qui 2. de Regularibus verb. Deinceps: Primo enim, in aliquibus religionibus est penitus indistinctus ab habitu professorum, de quo in cap. Statuimus 23. de Regularibus, & in cap. Is qui 1. de Regularibus in 6. Secundo in nonnullis religionibus est quidem distinctus, sed latenter, seu non patenter, ut si habitus professorum solet benedici, non habitus Novitiorum; cit. cap. Statuimus 23. de Regularibus, & citat. cap. Is, qui 1. de Regularibus in 6. Tertio, in pluribus religionibus est patenter & manifeste distinctus ab habitu professorum. Constitutionem 3. de Regularibus in 6. v. gr. quia habitus Novitiorum est albus, Professorum vero niger, vel quia habet alia externa patetia signa, uti in mea religione, & provincia, ubi ad Novitiorum habitus appenduntur petia ad distinctionem habitus Professorum. Deferre habitum Novitiorum non est de essentia, & necessitate anni probationis ad validitatem professionis, sed sufficit deferre habitum religionis, seu professorum, quia etsi de Jure communi canonico novitiatu debeat omnino, & simpliciter fieri in habitu regulari, ut dicit Glossa in cap. Si quis 3. caus. 16. quest. 2. in verb. Habitus, & habetur in cap. 1. Super eo, de Regularibus, ibi: Religionis habitum susceperunt, & cap. Statuimus 23. eod. tit. ibi: Ante susceptum religionis habitum; Nihilominus in citatis locis nihil in specie dicitur de habitu Novitiorum, sed tantum de habitu religionis, qui æque se extendit ad habitum Novitiorum, & Professorum, etiam si inter se reperiantur in aliqua religione distincti. Quis enim diceret, quod in mea religione, & provincia habitus delatus per integrum annum novitiatu, solum ex quo non habuerit appensa supradicta parvula petia, non sufficeret ad validitatem professionis expressæ, concurrentibus omnibus aliis requisitis? Tum quia ex supradictis in pluribus religionibus habitus Novitiorum est

penitus indistinctus ab habitu professorum, ut in specie de suo præclarissimo Ordine Prædicatorum testatur Doctissimus Donatus in praxi rerum Regular. tom. 2. tract. 10. quest. 23. num. 1. dicens, quod Novitiorum, & Professorum est unus, & idem omnino habitus, sola benedictione distinctus, & tamen validissima sunt professiones. Unde secundum Jura supra citata debet intelligi Concilium Tridentinum in cap. 13. sess. 25. de Regularibus ibi: Nec qui minori tempore quam per annum post susceptum habitum (supple Religionis) in probatione steterit, ut bene advertit Suarez tom. 3. de religione, l. 15. de ingressu cap. 14. num. 10. Donatus tom. 4. tractat. 11. quest. 4. num. 4. & patet ex eo, quia per Trid. loc. cit. non auferitur Professio tacita, quæ incurritur per annum probationem factam cum habitu professorum; cap. Ad nostram 8. de Regularibus, & Clementin. Eos qui 2. de Regularibus, & notat Pellizzar. in tract. de Monialibus art. 2. sect. 2. quest. 13. num. 40. Donatus loc. cit. n. 4. & sic respondit Sac. Cong. Concil. ut refert Armendar. in addit. ad recopilat. legum Navarre lib. 7. tit. 18. de Relig. num. 6. Navarr. in sua Lucerna Regular. verb. Professio num. 24.

Hinc Novitius deferens per annum religionis habitum, completo integro anno probationis, censetur tacite professus, si habitus, quem defert, sit patenter indistinctus ab habitu Professorum, & aliunde concurrant alia qualitates requisite; Clement. Eos qui 2. de Regularibus per expressa verba infra adducenda; Donatus tom. 3. tract. 10. quest. 22. num. 1. cum aliis infra citandis. Secus autem si habitus Novitiorum sit patenti distinctione distinctus ab habitu Professorum, nempe in colore, forma, & scissura, prout in Ordine Minorum; habetur utriusque conclusionis decisio expressa in cit. 7. Clement. Eos, qui 2. de Regularibus, ibi: Eos qui deinceps in discretionis constituti ætate Novitiorum habitum in aliqua religione per annum portaverint, hoc ipso religionem illam deinceps esse professos. Nisi hujusmodi habitus in colore, scissura, vel forma se distinctum patenter exhibeat ab habitu professorum; Sic Silvester verb. Relig. 3. quest. 19. vers. 3. inducitur, Navarr. de Regular. consil. 41. num. 1. in edition. & comm. 4. eod. tit. num. 72. & 74. Rodriq. in compend. resol. 101. in fin. Donat. loc. cit. num. 2. & alii. Nec requiritur protestatio ad hujusmodi professionem præcavendam; Miranda tom. 1. manual. Prælat. quest. 24. art. 10. in fine, quia ipsomet signum, quod patenter defertur, & quod a professis distinguat, est sufficientissima protestatio; Panormit. in cap. Ex parte, & cap. Postulasti, de Regularibus, Donat. loc. cit. num. 3. Nec nocent antiqua Jura, quia censetur correctæ per dictam Clementin. Eos, qui 2. de Regular. Donat. loc. cit. num. 5. Immo Silvester loc. cit. dicit, quod talis delatio quantumcumque producta etiam ad centum annos nunquam talem professionem inducet.

Habitus religionis debet patenter deferri, non autem occulte, Nullus enim Religiosus de Jure communi potest habitum sui Ordinis dimittere, ut constat ex cap. Ut periculosa 2. Ne Clerici, vel Monachi in 6. & ex Trident. sess. 29. de Regularibus cap. 19. in fin. ubi sic expresse habetur: Nec detur licentia cuiquam Regulari occulte ferendi habitum suæ religionis, & sic docet Navarr. lib. 3. de Regul. consil. 51. num. 3. & consil. 53. num. 1. Donat. tom. 1. tract. 3. num. 3. & alii passim.

Potest autem Religiosus habitum non solum occulte deferre, sed etiam depone, & alium inducere absque ulla culpa, dum transiturus est per loca infidelium, vel hereticorum cum periculo vite, aut ob metum servitutis, verberum, vel alterius gravis incommodi, & ut evadat incolam, neque cognoscatur ab hostibus ipsum ad necem insectantibus, & hujusmodi; arg. cap. Deus q. 11. de vita, & honestate Cleric. sicuti ob similes rationabiles, & justas causas potest Clericus occulte deferre suum habitum clericalem, & alium induere, Barbosa in Clementin. Quoniam 2. de vita, & honestate Cleric. Portell. verb. habitus §. Addit. num. 1. Reiffenstuel lib. 3. Decret. tit. 1. num. 112. & 117. Bonacina tom. 3. de Censuris disput. 3. q. 7. punct. 6. num. 2. Sanchez, Cajetan.

Aragon. & alii communiter post glossam in cap. Clericus 5. de vita, & honestate Cleric. verb. Relaxaverint: ubi id declarat exemplo Clerici, qui a Papa reprehensus, quod sine tonsura, & habitu clericali Romam accessisset, sequentibus versiculis se excusavit.

Tutus ut peterem Laici sub imagine Romam, Fas fuit, ut sinerem luxuriam comam.

Religiosus dimittens temere habitum suæ religionis est ipso facto excommunicatus, textu expresso in cap. Ut periculosa 2. Ne Clerici, vel Monachi in 6. ibi: Ut periculosa evagandi materia subtrahatur, districtius inhibeatur, ne de cetero aliquis quancumque religionem tacite, vel expresse professus in seholis, vel alibi temere habitum religionis suæ dimittat, nec acceda: ad quævis studia literarum, nisi à suo Prælato cum consilio sui conventus, vel majoris partis ejusdem, sibi eundem ad studium licentia primitus sit concessa: si quis autem horum temerarius volenter existerit, excommunicationis incurrat sententiam ipso facto. Habitus dimissio dicitur temeraria ad incurrandam hanc excommunicationem, cum fit animo vagandi, & sine rationabili causa, secus si ex iuxta causa: Barbosa in dist. cap. Ut periculosa num. 5. Suarez tom. 5. disp. 25. sect. 4. num. 27. & 29. Sanchez in præcept. decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 8. num. 51. & alii passim. Religiosus temere exiens è claustrum cum habitu ita abscondito, ut à circumstantibus cognosci nequeat, cujus Ordinis sit Religiosus, incurrit dictam excommunicationem, quia licet non dimittat habitum materialiter, dimittit tamen formaliter, in quantum est talis religionis protestatio, & sine ullo, sive dimisso, sive abscondito, non cognoscitur quod sit hujus, vel illius religionis; Bannes 2. 2. q. 12. art. 1. q. 3. dub. 2. concl. ultim. Cajetan. in Summ. verb. Excommunicatio c. 61. Donat. prax. rerum Regul. tom. 1. part. 2. tract. 6. q. 8. Navarr. in Manual. cap. 27. num. 131. Suarez tom. 4. lib. 3. cap. 5. num. 12. Rodriq. tom. 1. q. 30. art. 2. Sanchez loc. cit. cap. 8. n. 73. & cum variis aliis Barbosa loc. cit. sub num. 5.

Religiosus dimittens habitum temere, sed intra claustrum, non incurrit dictam excommunicationem, quia ipsa incurritur ob dimissionem habitus factam ad finem libere vagandi, ut aperte habetur in principio ipsius Cap. Ut periculosa ibi: Ut periculosa evagandi materia subtrahatur, & cessante causa finali legis, cessat legis dispositio; leg. Adigere §. 1. ff. de iure patronat. (Vid. lit. E pag. 362. in princ. col. 1. & lit. I pag. 7. num. 34.) maxime si sit penalis, ut est ista, de qua agitur, cum lex penalis sit potius restringenda, quam amplianda; cap. Odia 15. & cap. In penis 49. de Regul. Jur. in 6. Talis autem Religiosus in nostro casu, dum existit intra septa monasterii, ut supponitur, non potest dici, quod actu vagetur extra illud, adeoque non incurrit dictam penam, seu excommunicationem; Donat. loc. cit. quest. 9. per tot. Angelus verb. Excommunicatio 7. casu 27. & alii.

Non incurrit dictam excommunicationem Religiosus, qui intra, vel extra septa ex quadam levitate dimittit habitum suæ religionis, v. g. ut quietius dormiat, melius studeat, expeditius currat, aut saliet, aut lapidem projiciat, ut habitum purget, vel accomodet, ut se in balneo melius lavet, & hujusmodi; quia non censetur facta dimissio habitus ex contemptu legis; Suarez tom. 5. de censur. dist. 23. sect. 4. num. 29. Donat. loc. cit. q. 7. num. 2. Sanchez loc. cit. cap. 8. num. 55. Sayr. lib. 3. cap. 33. num. 13. & 14. Barbosa loc. cit. num. 6. & 8. & alii apud ipsum. Nec etiam dictam censuram incurrit, si habitum dimittat ad finem domesticæ manendi per totam diem in camera, vel alibi, dummodò secularium conspectui non se exhibeat, quia talis dimissio habitus non dicitur facta ad finem vagandi; Cajetan. verb. Excommunicatio cap. 61. Donat. loc. cit. q. 7. num. 3. & alii. Nec item incurritur dicta censura propter dimissionem habitus, si fiat animo adeundi pro brevi tempore ad lapanat, vel ad aliquid turpius peragendum; Sanchez loc. cit. cap. 8. num. 56. Donat. loc. cit. q. 7. n. 3. Barbosa loc. cit. num. 9. & alii.

Non video cur non incidat in censuram dimittendo habitum ad breve tempus propter primum illum finem; dimissio enim habitus eo tunc animo fiet quod liberis concupiscentiæ, & libidinis serviret.

Religiosus tenetur semper portare habitum suæ religionis; colligitur ex c. Sanctimonialis Virgo 24. dist. 23. ibi: In talibus vestibus applicetur, qualiter semper usuras est professio, & sanctimonie aptis, &c. Vidua 15. caus. 20. quest. 1. ibi: Tunc accepta à Sacerdote apta Religiosis profecti vestis, in quocumque loco consistens consistat ea utatur. Cum enim habitus sit signum protestativum propriæ religionis, adstringuntur professi illum semper, & in omni occasione portare, ex Concil. Trid. sess. 14. cap. 6. Verum ly semper debet intelligi moraliter, hoc est seclusis causis rationabilibus occultandi vel dimittendi habitum religionis propriæ, ut sunt illæ assignatæ sub num. 17. & alia consimiles; Donat. loc. cit. q. 5. per totum. An tamen Religiosus teneatur deferre proprium habitum etiam in lecto, & dormire cum ipso sub culpa? Respondent Doctores, quod de Jure communi non licet Religioso professo dormire sine habitu absque peccato nisi ab eo excusetur ex aliqua causa rationabili, ut colligitur expresse ex cap. Vidua 15. caus. 20. quest. 1. ibi: Sicut in lectulo quiescat, & cap. Sanctimonialis Virgo 14. dist. 23. cujus verba relatæ sunt sub num. 19. An autem dormire sine habitu sit peccatum veniale, seu mortale? relicti brevitati gratia diversis Doctorum opinionibus, quorum aliqui volunt esse peccatum mortale, maxime si sit cum scandalo; Respondeo cum sapientissimo Donato loc. cit. quest. 100. num. 16. quod ad hoc dignoscendum uniusquisque Religiosus debet attendere tenorem suæ regulæ, & particularium constitutionum sui Ordinis; Quæ si de hoc nihil dicant, recurrendum est ad Jus commune, nempe ad dist. cap. Vidua 15. caus. 20. quest. 2. & cap. Sanctimonialis Virgo 24. dist. 23. quæ duo capitula, cum non sint præceptiva, sed consultiva, & inter consilium, & præceptum magni intersit, videtur dicendum, quod dormientes sine habitu, dempto contemptu, & scandalo, non peccent ne quidem venialiter, etsi aliis sint castigandi.

Habitum suorum Ordinum debent deferre Regulares ad Cardinalatum assumpti; Greg. XIV. constituit incip. Sanctissimus; Benedictus XIII. constit. incip. Custodes: Sic Episcopus Regularis tenetur portare habitum suæ religionis; Communis cum Henrici in Summa 24. lib. 10. cap. 32. §. 5. & c. 33. in fine. Valenti. 2. 2. disput. 10. quest. 3. punct. 8. Azor. part. 1. lib. 12. cap. 7. quest. 4. Bartholomæus à S. Fausto in thesaur. religiosi. lib. 6. quest. 199. Barbosa super Trident. sess. 25. de Regularibus cap. 19. num. 38. Lessius de iustitia lib. 2. cap. 46. dubit. 14. num. 113. Petrus de Ledesma in Summa part. 2. tract. 32. cap. 3. ad fin. Fr. Joan. à Cruce de statu Relig. 1. cap. 7. dubit. 4. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. num. 21. & ex multis probat Rodriq. Addition. ad summ. verb. Episcopus, cap. 68. conclus. 6. maxime ex Concilio Lateranensi, & addens Sixtum V. semper gestasse habitum regularem Ordinis, ut de facto vidimus etiam hisce nostris temporibus Benedictum XIII. semper eum gestasse, & citat cæremoniæ le Papæ Clementis VIII. ubi jubetur, quod Episcopus Monachus non portet rochetum, sed vestes coloris sui habitus Regularis cum birreto nigro, & galero circumcirca fibrato viridis coloris. Et sic novissime statuit sub pena suspensionis ab exercitio pontificalium ipso facto incurrenda Benedictus XIII. cit. constit. incip. Custodes: relata per extensum à D. Ursaya tom. 6. part. 2. disceptat. 37. num. 6. ubi multa ad rem, quæque etiam à nobis ad litteram afferunt infra sub num. 26.

Episcopi autem, & Cardinales Regulares, quamvis sine causa habitum religionis deponant, non incurunt in excommunicationem latam à Bonifacio VIII. in cit. cap. Ut periculosa 2. Ne Clerici, vel Monachi in 6. quia Episcopi, & Cardinales licet teneantur deferre habitum suæ religionis, & certe peccarent, si talem habitum non deterrer, ut docet Cardin. Petra tom. 4. Comment. in constit. Eugenii IV. num. 22. &

tom. 5. in constitut. 9. Sixti IV. rub. num. 17. tamen sunt extra religionem, quoad vim coactivam, ita ut requiratur mentio specialis eorum, & non possint venire sub nomine, & turba professorum, de quibus loquitur Bonifacius VIII. in cit. cap. Ut periculosa: quotiescumque elevati fuerint ad dignitatem episcopalem; maxime quia cessat causa, & ratio textus ne vagentur Professores extra obedientiam Superiorum habitu dimisso, quod non est verificabile in Regularibus Episcopis, & Cardinalibus, Passerin. tom. 1. de statu homin. quest. 185. art. 8. num. 142. Diana part. 2. tract. 2. de dub. Regul. resolut. 50. Cardin. Petra tom. 5. Comment. in Constit. 9. Sixti IV. num. 17. Barbosa super Trident. sess. 25. de Regularibus, cap. 19. num. 39. Azotius loc. cit. lib. 12. cap. 17. quest. 4. Sanchez loc. cit. cap. 6. num. 23. Bartholomaeus à S. Pastro loc. citat. quest. 206. Frat. Emmanuel tom. 2. quest. 58. art. 3. Sanctarell. de Apostasia cap. 1. num. 15. Bonacina, & alii passim, contra Majol. de Irregularitat. lib. 2. cap. 1. num. 13. Fulv. Paclanum consil. 132. num. 42. volum. 1. Surd. de aliment. rit. 8. privileg. 79. num. 10. Henric. lib. 10. cap. 33. in fin. & alios existimantes Episcopum Regularem omnitemperatum habitum, & assumendo illam albam, & candidam vestem, quae ab Episcopis exterius deferuntur, incurrere excommunicationem latam contra Monachos deponentes proprium habitum in cit. cap. Ut periculosa 2. Ne Clerici, vel Monachi in 6. Habitu Clericorum secularium, qui in Episcopos creantur, uti possunt Canonici Regulares ad episcopatum assumpti. Leo X. constitut. inep. Dudum: Nunc autem quoad concernentia habitum & varia alia Episcoporum, & Regularium, attendenda est novissima constitutio Benedicti XIII. quae ut ab omnibus percipiatur, hic ad litteram datur.

Custodes super muros Jerusalem à Christo Domino constituti, de omnibus sacrorum virorum Ordinibus in eo, quo decet, sanctiori disciplina splendore servandis magnam vigilantiam, & sollicitudinem gerere debemus; tum vero illud nobis incumbit, ut qui à Regularium, Monachorum, & Mendicantium institutis ad onus episcopale admoventur, majoris observantiae, & virtutum specimine gregi sibi subiecto praesentent; primumque instituti, qui nomen dederunt, insignia more majorum perpetuo retineant, non solum in monastica, & regulari professione, sed etiam in specialibus indumentis, inque fasli tonsura ad planitiem cutis in summo capite circumducta, vel eo gyro, & forma, quibus quisque, ut sui Ordinis Regularis, Monastici, & Mendicantis peculiaribus signis, pridem solemni ritu vitam Deo consecraverat.

Merorem, quem jam dudum animo premimus, cellare diutius non possumus, nec debemus: quippe quem post nostram humilitatem ad summum Apostolatum evectam, presulatum doctrina, & pietate praestantium exhortationes auxerunt; nimirum quod nonnulli Episcopi ex Regularium, Monachorum, & Mendicantium familiis assumpti reperiantur, qui brevioribus vestimentis pristinae suae professioni minime congruis, sed quibus tantum inferiores Clerici seculares uti soleant, se in ipsa etiam civitatum frequentia palam spectandos pati non erubescant, laneasque tunicas à suorum Ordinum conditionibus praescriptas & eorumdem vitae sanctimonia quodammodo consecratas induere detrectantes, etiam contra caeremoniales Episcoporum sanctiones, à Romanis Pontificibus antecessoribus nostris probatas, summa omnium admiratione vestes sericas praferant, eo quoque impudentiae, sui status plane immemores, progressi, ut albas chirothecas ad ostentationem gerant, inque pontificalibus ecclesiarum functionibus, unde omnis arrogantiae typhus, & fucus habesse debet, superpellicem Episcopos Monachis, vel ex Ordinibus Mendicantium propriam abicientes, rochetum Prasulatum ex Clericis secularibus assumptorum temere adhibeant, nec defuit qui colores à suo instituto omnino abhorrentes in exterioribus vestibus iactare non dubitaverit. Haec quam dedecent Episcopos, qui ex Monachorum, & Mendicantium regulis non sine spiritus Apostolici afflatu conscriptis, modestiam sacerdo-

talem numquam ex suis animis obliterandam, ceterasque virtutes aliis proponandas haurire debuissent, nosque in majori gradu, quo Spiritus Sanctus eos possit, auctas retinere oporteret; non jam nostris verbis dicemus, ne ipsi, qui regulam Ordinis Regularium Praedicatorum, quam professi fuimus, & profitemur, quique onus episcopale per totos quinquaginta annos sustinens ejusdem nostri Ordinis sacros ritus, disciplinamque, Deo juvante, in omnibus observare studuimus, ex privato affectu loqui videamur: sed suis verbis dicent Romani Pontifices, qui nobis in eorum locum longe dispari merito suffectis exempla, quae sectari debeamus, reliquerunt. Dicent Concilia ab iisdem probata; auctorum Ecclesiasticorum, quo honoris causa Patres, Doctoresque appellamus, documenta memorabunt.

Ut ergo à primis, hoc est à Romanis Pontificibus ordiamur, inelytæ recordat. Innocentius Papa III. Penitens. Episcopum Ordinis Cisterciensisolim Abbatem propterea graviter objurgavit, quod post acceptum episcopatum in sui Ordinis injuriam ageret in pluribus, ut apostata, & propria conditionis obtinuit pcurata vela, & chirothecis sericis uteretur, amplio se galero coronaret, & Cisterciensis Ordinis observantias non custodiret, sed quibus eum pontificalis dignitatis susceptio non absoluerat, sed eorumdem onus ei, magis auxerat. Si ad Concil. statuta evolvenda hinc processerimus, nobis se offerret canon 27. Concil. Oecumenici VIII. seu Constantinopolitani. IV. decernens, illos, qui monasticam vitam amplexi, Episcopalem meruerunt honorem conservare schema, & amicum Monasticorum indumentorum, & nuptiam beatam vitam, nullamque habere potestatem deponendi jam dictum schema propter typhum, & arrogantem voluntatem, ne per hoc inveniant proprium transgressorum pavorum, Postremo, Episcopum, qui monasticam vestem schema deposuerit, aut corrigendum, aut deponendum statuit. Haec rata habuit canon 16. Concil. Oecumenici XIII. sive Lateranensis IV. sub jam dicto Innocentio Papa III. definitis, Episcopos Monachos deferre habitum monachalem. Hoc idem postea sanxit synodus Londinensis ab Orthono S. R. E. Diacono Cardinali S. Hadriani, & Apostolica Sedis Legato celebrata, cujus Canon V. tit. de monasteriis, vel de irregularibus locis in Episcopos sunt assumpti, vel de vestero assumuntur, suum deferre habitum regularem spectantem indicit. De inconvenientia, & dedecore habitus splendidissimi in Episcopis secularibus, eoque magis in regularibus, extat canon 16. Concil. Niceni II. Sed nostrorum temporum regulares Episcopos instruente audiamus Ferrandum Carthaginensis Ecclesiae Diaconum de B. Fulgentio Ruspeni Episcopo testantem, episcopatum sine aliqua ambitione ab illo susceptum, nec ita factum Episcopum, ut esse desideret Monachus sed eum accepta Pontificis dignitate professionis praestitae servasse integritatem, numquam pretiosa vestimenta quovis oratio, sicuti Episcopi, numquam usum, sed pelliceo cingulo, tanquam Monachum. Nec vero soli Episcopi, sed & ipsi Romani Pontifices eadem religione se obstringi voluerunt. De Magno enim Gregorio intelligimus, una cum ejus corpore inventum baltheum, qui speciem propositi regularis, olim à S. Benedicto statuti, manifestaret. De Eugenio III. legimus, laneam tantam carni ejus adhaesisse, & diebus hac noctibus cuculla vestitus intus Monachi habitum retinere, extra se Pontificem, & moribus, & vestibus exhibere consuevisse. Denique Doctor Ecclesiae S. Thomas Aquinas, ob sanctioris doctrinae excellentiam Angelici velogio cognominatus, cujus hodie festa recolimus, diserte docuit: si quis sunt in regularibus observantibus, inque non impediunt pontificali officium, sed magis valeant ad perfectionis custodiam, sicut est continentia, paupertas, & alia hujusmodi; ad hoc remanet Religiosus, etiam factus Episcopus, obligatus; & per consequens ad portandum habitum suae religionis, qui est hujus obligationis signum.

Haec in sacris, receptisque ecclesiae codicibus de exteriori amictu, & habitu Episcopi regularis sancta reperimus, quae nostrates ejusdem disciplinae Episcopi

si-

sibi dicta meminerint. Rasilem capitis coronam in orbem expressam ad humilitatem docendum regule monasticae, constitutiones, usus, & consuetudines statutis anni temporibus earumdem sacris alumnis renovandam praescribit: quos postea episcopalis character insignitos ea maxime distinguendos nemo in dubium invocaverit. Haec tamen, quae ex venerandis ecclesiarum monumentis adduximus, cum per humanam corruptelam, nisi eis occurrat, nobis ipsi spectantibus, in desuetudinem abire videantur, hac nostra constitutione apostolica, firmum robur perpetuis futuris temporibus habitura, ea omnia confirmantes, & renovantes statuimus, atque sancimus, ut ex monastico, regulari, & mendicantium instituto ad episcopalem seu quacumque aliam dignitatem etiam S. R. E. Cardin. nam evecti, & in posterum evehendi, universis, & singulis suae regule officii, & obligationibus, quae pontificali, sive cujuscumque alterius dignitatis, aut Cardinalatus officium minime impediunt, perpetuo subsint, & proinde sui monastici ordinis, sive alterius regule Mendicantium insignia, & propria indumenta lanea, sive quoque peculiaris colore distincta, rasilem quoque, & mad. cutis planitiem in summo vertice, vel eo gyro & forma expressam coronam praefertant, quibus antea cum infra eorumdem regularium Ordinum claustra Deo militarent, ex solenni sua professione induere, & coronam praefere tenebantur, à cujus professionis obligationibus per munus episcopale nequitiam absolvuntur, aut nullo pacto eximuntur. Propterea hujusmodi Episcopos ex familiis regularium, monachorum, & mendicantium assumptis in virtute sanctae obedientiae praecipimus, & mandamus, ut omnia, & singula praesentium litteris nostris haecenus recensita undequaque observare non differant. Si vero, quod absit, hoc agere contemserint, vel neglexerint, eos pena suspensionis ab exercitio Pontificalium ipso facto incurrenda tamdiu innodatos esse declaramus, donec à contumacia resipiscentes ejusdem suspensionis relaxationem meruerint obtinere.

Quia vero pastoralis nostra sollicitudinis est non solum excubare pro optima statu, & conservatione regularis observantiae in religiosis viris, qui ex monasticis, & mendicantibus institutis ad onus episcopale assumuntur; sed etiam prospicere, ne illi, qui ex his ceterisque universis religiosis ordinibus ad ejusmodi gradum evecti Ecclesiae sibi commissa postmodum se abdicaverint, ita vivant, ut qui eos primum in claustris monasteriorum, deinde in culmine episcopali contempserant, & quique ipsos demum curarum episcopatum oneri subductos visuri essent, eis obicere nullo modo possint, quod ideo ad episcopatum irrepserint, ut hac via regularem observantiam deserentes extra sua claustra, quasi nullum unquam religiosum Ordinem profecti, vitam ducerent, hac animum nostrum, omnium quorumcumque ordinum regularium honoris amantissimum permovent, ut Apostolica auctoritate approbamus, confirmemus, & tanquam praesentibus inserta habeamus decreta duo ab antecessoribus nostris felicis recordationis Alexandro VII. die 20. Julii anno MDCLXII. & Clemente XI. die 11. Junii MDCCXV. vulgata: quibus decreta Regulares ad transmarinos episcopatus, sive vicariatus apostolicos translati, vel etiam ecclesiarum administratores, aut visitatores creati, quotiescumque in locis, & Ecclesiis sibi in episcopalis dignitatis collatione assignatis minime resederint, vel episcopatum dimiserint, aut munere suo perfundi fuerint, seu quomodocumque à schismaticis, vel infidelibus impediti munus episcopale exercere non possint, jubentur ad pristina suorum ordinum claustra reverti cum reliquis confratribus suis sub eodem instituto religiosam vitam ibidem acturi.

Hujusmodi autem Episcopis tam pio disciplinae regularis instituto ad suos redeuntibus apostolica largitate concedimus, ut in sua provincia, quodcumque Ordinis sui cœnobium, & monasterium, ubi commode, & religiose degere possint, sibi pro libitu eligant, videoque volumus, & praecipimus, ut illorum Praesides,

& Superiores Regulares congruas eis, & honestas cellulas in cœnobis, & monasteriis ab eisdem electis assignent. Itaque Monachis, Mendicantibus, & cujuscumque Ordinis Regularibus, qui onere episcopali sibi imposito deinceps quomodocumque etiam ultro se abdicaverint, praecipimus, eosque monemus in Domino, ut ad suorum Ordinum cellulas ultro quoque redeant: qua in te sanctitate, & doctrina illustriam, & magnorum prasulum exempla eis imitanda proponimus, Coelestini Papae V. antecessoris nostri, Gregorii Nazianzeni, Petri Damiani, aliorumque ob virtutes sacerdotales omnium saeculorum praegonius maxime dignorum Antistitum, ut interim silicemus legationibus, & muneribus clarum Ardicinum juniores à Porta Aleriensium Episcopum, & S. R. E. presbyterum Cardinalium Pammachii, à felicis recordationis Innocentio Papa VIII. renuntiatum. Is enim, annuente Pontifice, dimissis dignitatibus, vetos propositum in Sacram Camera maldulensium Eremitum confugiendi resumere, atque ultro executioni mandare sanctum existimavit. Ubi vero, quod minime credimus, idem regulares patris nostris monitis aures accomodare noluerint, his nostris perpetuam robur habituris decernimus, volumus, & praecipimus, ut monachi, mendicantes, & cujuscumque alterius instituti regulares, specialissima etiam mentione digni, qui episcopatu sibi pridem collato quacumque de causa se impostero abdicare permiserint, claustra suae religionis repetere omnino teneantur, & debeant, iis tantum exceptis, qui à nobis, sive à Romanis Pontificibus antecessoribus, aut successoribus nostris obtinuerint, vel obtinebunt, facultatem expressam vivendi extra claustra sacro alicui muneris quodcumque vita claustrali exerceri non posset, ex peculiari voluntate nostrâ, vel eorumdem antecessorum, aut successorum nostrorum speciatim additi: quod quidam munus respiciat servitium, & obsequium nostrum, vel successorum nostrorum, sive hujus Sanctae Apostolicae Sedis. Eis autem, vel eorum cullibet, qui hanc constit. violare tentaverint, vel eam quomodocumque neglexerint, omni usu Pontificalium etiam cum facultate, & permissione cujuscumque Episcopi exerceendorum, penitus & undequaque interdicimus; sique perseveraverint in contumacia non redeunt ad claustra, post annum sint eo ipso suspensi à divinis.

Omnia vero, & singula Romanorum Pontificum decreta, Conciliorum canones, Patrum dicta, sententias, regulas, constit. usus, consuetudines, statuta his nostris litteris memorata, post maturam hac de re habitam deliberationem, ex certa scientia, auctoritate nostra confirmamus, innovamus, & stabilimus, inque plenario robore perpetuis futuris temporibus servanda sancimus, praesentesque semper validas fore, sicque & non aliter per quoscumque Judices semper iudicari, interpretari, & definiti debere statuimus. Quidam autem secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus, non obstantibus privilegiis, concessionibus, ordinationibus, aliisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae constitutionis, confirmationis, innovationis, sanctionis, declarationis, suspensionis, praeccepti, decreti, interdicti, & voluntatis infringere, vel ei temerario ausu contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum anno Domini incarnationis millesimo septingentesimo vigesimo quinto, nonis Martii, Pontificatus nostri anno secundo. Anno à Nativitate Domini millesimo septingentesimo vigesimo sexto, indictione quarta, die vero 4. mensis Aprilis, Pontificatus autem SS. in Christo Patris & D. N. D. Benedicti Divina Providentia Papae XIII. anno secundo, in praedicta littera Apostolicae officina, & publicae fuerunt ad volens Basilicam Lateranensem, Principis Apostolorum, & S. Mariae Majoris de Urbe, & in aede Campi Florae, ac aliis in locis solitis, & consuetis per

me Dominicum de Martini Curorem. — P. Card. Prodaturus. — F. Card. Oliverius. — Visa de Curia. — J. Archiepiscopus Ancyranus. — Lucas Martinus. — Nicolaus de Cappellari Cur. Mag. —

17 Habitibus, & color peculiaris fuit prescriptus pro discretiva visibiliter servanda in quolibet ordine regulari. Passerin. de statu hom. tom. 2. q. 187. art. 6. num. 13.

18 & 17. & alii passim. Quam diversitatem habitus, & preceptum servandi formam illius juxta prescriptum in constituit. procedere etiam quoad Moniales, sub regula approbata per Sedem Apostolicam viventibus, precise resolvit Sac. Congr. Concil. 27. Aprilis 1686. in Romana delationis habitus. Unde una religio non debet, nec potest assumere habitum alterius religionis, & ad hoc varias religiones obtulerunt expressa privilegia a S. Sede, ne eorum habitus ab aliis assumeretur; ut de PP. Predicatoribus referunt constit. Gregor. IX. & Innocentii IV. amb. incip. Quia confusio habitus: Greg. XI. incip. Virtute conspicuus, Clem. VIII. & Alex. VII. amb. incip. Ex injuncto Nobis: & Benedicti XIII. incip. Pretiosus in conspectu: & de Minoribus Gregor. IX. Constit. incip. Regularem vitam, Clem. IV. constituit. incip. Virtute conspicuus: Urban. VIII. constit. incip. Cum scitis: & de mandato Innocent. XI. ad instantiam Procuratoris Ordinis Minorum de Observantia, & Reformato. & Cappuccinor. Sac. Cong. Episc. & Regul. 21. Martii 1686. & novissime Benedicti XIII. constit. incip. Alias emanarunt: edita ad instantiam Procuratoris Ordinis Minorum de Observantia, quae ad litteram cum alia Urbani VIII. refertur sub verb. Eremita num. 20. Eodem privilegio gaudent omnes Regulares Ordines, sive per speciales concessiones apostolicas, sive per communicationem. Rodriq. q. 76. art. 1. Portell. dub. Regul. verb. Habitus num. 6. & alii passim.

20 Et sic per eandem rationem prohibitus est Clericis Secularibus habitus Regularium, & Regularibus habitus Clericorum Secularium; hinc in Concil. Aquisgran. anno 816. apud Gonzalez in c. Intelleximus n. 4. de Stat. & qual. habetur; Reprehensibilem, & Ecclesiastica moderatione indignum apud plerisque Canonicos comparimus casum, eo quod contra morem ecclesiasticum cucullas, quibus solis Monachis utendum est, induant; cum utique illorum habitum usurpare non debeant; & quorum professione quodammodo distat, quia sicut eis indecens est, ut arma militaria more laicorum gerant, ita nimium in honore, & valde indecorum est, ut alterius propositi indumenta sibi imponant. Cuculla enim est talaris vestis, Floccus dicta propria & distinctiva Monachorum. Clement. Ne in agro de statu Monachorum, Gonzalez in cit. c. Intelleximus 12. n. 4. de stat. & qual. & cum aliis. Card. Petra loc. cit. num. 14. Pueris quoque sexto aetatis suae anno explet non licet, neque possunt ex devotione habitum religiosum deferre, sed ipsum debent statim deponere, prout sub die 10. Januarii 1627. fuit rescriptum Neapoli Cardinali Boncompagno, ut per extensum refert Lantusch. Theatr. Regul. verb. Habitus num. 1. Novitio executi non est restituendus habitus religionis, sed illius pretium. Sic decisum fuisse a Sac. Congr. Concil. referunt Novarius in Lucerna Regul. verb. Habitus num. 6. Barb. in sum. Apostolic. dec. cod. verb. Habitus num. 9. Lezana in sum. 99. Regul. t. 1. c. 25. num. 38.

21 Super admissione ad habitum, ejusdemque concessione Tertiaris cum claustralibus habitantibus, servari debet decretum Cong. super statu Regularium, quam licet Innocentius XII. sub die 4. Augusti 1698. Constit. Delitum extinxerit, & suppresserit, singulas tamen facultates, eidem quomodocumque a Praedecessoribus concessas, illis exceptis, quas Congregationi super disciplina Regulari, praefatis literis instituta impertitus est, in Congregationem Episcoporum, & Regularium transtulit, ex speciali mandato Sancti. mem. Clementis X. sub die 16. Maji 1675. ex de re editum tenoris qui sequitur.

22 Bisi decretis Sacrae Congregationis super statu Regularium de mandato Summorum Pontificum Innocentii X. & Alexand. VII. jam pridem editis pro Novitiis precipiendis statutum sit, ut omnes, qui ad habitum

probationis se recipi postulerint, diligenter examinentur, & ac per vota secreta probentur, quotquot idonei reperti fuerint aetate, aliisque requisitis, ad prescriptum apostolicarum constitutionum ac statutorum Ordinis; nec quisquam censetur habilis ad hujusmodi habitum suscipiendum, ut Clericus, nisi annum aetatis suae decimum quintum, neque non conversus nisi annum vigesimum expleverit: nihilominus in pluribus regionibus Italiae, & Insularum adjacens, aliquibus ab hinc annis introductum est, ut recipiantur adolescenterum laici non quidem pro conversis, ut annum probationis incipiant, & finito tempore novitatus admittantur ad professionem, sed pro Tertiaris, vel Oblatis, seu Donatis, eisque tradatur habitus, ut vocant sine caputio, illis dari consueto, ut sic inservant alicui Religioso particulatim, aut pluribus, vel omnibus communiter, & multoties pueri, & adolescentuli recipiantur in monasteriis, non ut Novitii, sed ut hospites, seu postulantes se recipi pro Clericis ad habitum probationis, & parva veste induti plures menses, quinimo & annos sic detinentur intra claustra, donec compleverint annum aetatis decimum quintum Clericis, ut supra prescriptum ad annum novitatus inchoandum; idque praetertum interea fiat experimentum de ipsorum indole, & aptitudine ad religionem, & aliquando etiam in eadem veste iidem pueri, & adolescentuli admittantur in novitiatus & cum Novitiis degant ad hoc, ut eorum vocem pueriles in choro cum vocibus professorum misceantur, dum divina peragunt officia.

23 Quoniam vero secundum canonicas sanctiones, & Juris regulas cum quid una via prohibetur alicui, ad id valius non debeat admitti; & memorati abusus irreprehensibiliter fraudem legis, & elusionem decretorum ut supra mentionum in religionum dispendium, ac non sine multorum admiratione, & scandalo: idcirco eadem Sacra Congreg. ut in dies crescat in Ecclesia Dei sacrarum religionum splendor, & veneratio, ex speciali mandato Sanctissimi D. N. D. Clementis divina providentia Pape X. hoc praesenti decreto in virtute sanctae obedientiae praecipit omnibus, & singulis Superioribus Generalibus Provincialibus, & Localibus, quocumque nomine ac titulo appellatis, quorumcumque Ordini, & Congreg. tam mendicantium, quam non mendicantium, ut de cetero neminem pro Tertiaris, vel Oblatis, seu Donatis, aut commissis, vel servientibus, nec pro hospitiis, seu postulantis, vel Cantoribus, aut alio quocumque nomine nuncupatis, aut quovis praetextu, vel causa, aut quavis colore recipiant, seu admittant ad habitum intra claustra, nisi vigesimum aetatis suae annum expleverint, omnesque sic receptos, seu admissos illis tantum exceptis, qui completa aetate annorum quindecim pro Clericis, seu Choris in habitu Novitiorum annum probationis agunt; a monasteriis, seu domibus Regularibus omnino amoveant, & ejiciant infra terminum duorum mensium, inchoandum a die intimationis praesentis decreti faciendae Procuratoribus eorumdem Ordinum, & Congregationum in Romana Curia existentibus.

24 Quod si praedicti Superiores praesenti decreto per omnia non paruerint, aut in aliqua ejus parte contravenierint, poenam privationis dignitatum, & officiorum, quae tunc temporis obtinebant, ac perpetuae inhabilitatis ad illa, vel alia imposterum obtinenda, vocisque inactive, & passiva ipso facto absque alia declaratione incurrant, non obstantibus quoad omnia superscripta, privilegia, indultus, & consuetudines, ceterisque contrariis quibuscumque. — Datum Romae 16. Maji 1675.

25 Prohibentur disputationes super vera forma habitus S. Francisci; cum enim in dies orientur lites inter Patres Conventuales, & Cappuccinos circa veram formam habitus, & Caputii Seraphici Ordinis, Urbanus VIII. die 14. Decembris 1630. mandavit eisdem sub excommunicationis poena ipso facto incurrenda, necnon privationis vocis active, & passiva, aliisque etiam corporalibus arbitrio Sanctitatis suae poenis, ne audent de cetero voce, vel scripto in hujusmodi materia tractare, donec ab eadem Sanctitate

26 sus aliter fuerit ordinatum. Joannes Antonius Thomasius S. Roman. & univers. Inquir. Notarius. Sic apud Lantusch. Theatr. Regul. verb. Habitus num. 11. Interdicuntur libri omnes tractantes de vera successione filiorum S. Francisci, & vera forma caputii. Alexander enim VII. fieri mandavit sequentia decreta, & in Indice librorum prohibitorum apponi, videlicet: Librionnes impressi, & qui inconsulta Sacra Congregatione imprimentur, traclantes controversiam de vera, & non interrupta successione filiorum S. Francisci, & de vera forma caputii ejusdem, prohibentur sub poenis in Indice librorum prohibitorum contentis die 20. Junii 1658. Inscriptiones omnes Imaginum SS. Francisci, & Antonii de Padua, in quibus dicitur formam habitus, qua depicti sunt, esse eandem, qua ipsi usi fuerunt, vel in quibus asseritur in hoc, vel illo Ordine S. Francisci esse veram, legitimam, & non interruptam ejusdem S. Patris in filios successione, inherentes decreto aliis edito die 20. Junii 1658. prohibentur. — Rome 20. Novembris 1663.

27 Suspenduntur quoque, & prohibentur imagines S. Augustini, S. Nicolai de Tolentino, & aliorum Sanctorum ejusdem Ordinis impressae, & depictae a Fratribus Disalceatis Augustinianis eorum habitu; prout in decreto Sac. Rit. Cong. edito die 19. Decembris 1637. quod ab Urbano VIII. approbatur, & confirmatur constituit. incip. Exponi nobis, la 240. tom. 5. Bullar. Exposit tamen dicta suspensio, & prohibitio fuit revocata per varia posteriora pontificia rescripta, de quibus vide quae adducuntur in verb. Imagines, sub num. 39. ubi inter alia occurrit rescriptum Benedicti XIII. specialiter attendendum. Prohibentur sculpi, aut facere pingi imagines Domini Nostri Jesu Christi, & Deiparae Virginis Mariae, ac Angelorum; Apostolorum, Evangelistarum, aliorumque Sanctorum, & Sanctarum cum habitu peculiari alicujus Ordinis Regularis, seu alio modo in ecclesia catholica inconsueto, & jam sic sculptae, aut pictae prohibentur teneri, & publico aspectu exponi, & mandatur ab ecclesiis, & aliis locis quibuslibet amoveri, & deleri. Et Regulares, & Moniales parere negligentes possunt a locorum Ordinariis, & Legatis Apostolicis juris remediis, & etiam censuris ecclesiasticis, & aliis arbitrio eorum ad observantiam cogi, & quoad loci Superiores etiam privationis officii, ac vocis active, & passivae poenis compelli. Sic expresse statuit Urbanus VIII. 15. Martii 1642. constituit. incip. Sacrosancta Tridentina 163. Bullar. Cherub. tom. 4.

28 Habitum fratrum Mendicantium osculantibus concessit Joann. XXII. quinque annos, & totidem quadragenas de injunctis poenitentibus, qui sunt dies 2075. Sic referunt Casarrub. verb. Indulgentia quoad Seculares §. 9. num. 6. Fr. Emmanuel q. Regul. t. 2. q. 76. art. 10. Laurent. de Peyrinis de privileg. Regul. ad Constitut. 3. Sixti IV. n. 5. Barbosa in Summ. Apostol. dec. verb. Habitus n. 6. & alii passim. * Vide tamen dicta verb. Indulgentia art. 5. num. 48. Talem Indulgentiam lucrari possunt iidem Regularis, quia conceditur omnibus Christianidelibus habitum osculantibus, inter quos fratres deterioris conditionis esse non debent. Nec indulgentia haec revocata est per Paulum V. quia non est concessa fratribus immediate, sed omnibus etiam secularibus. Lantusch. Theatr. Regul. verb. Habitus num. 10. Cum habitu Fratrum Minorum morientibus, vel cum eo sepeliri eligentibus, Clemens IV. Nicolaus III. & Urbanus V. concesserunt remissionem tertiae partis peccatorum. Casarrub. in compend. privileg. verb. Indulgentia quoad Seculares §. 6. num. 1. 2. & 3. Leo X. concessit indulgentiam plenariam morientibus cum habitu Fratrum Minorum, vel cum habitu Sotorum Tertiae Regulae S. Francisci sub obedientia Ministrorum Generalis, & Provincialium degentium, ad quam lucranda indulgentiam declaravit idem Pontifex sufficere habitum praedictum petere, ac super se usque ad mortem habere, in eo sepeliri, etiamsi ante mortem non induatur. Casarrub. loc. cit. num. 6. 7. & 8. Alexander VI. concessit, ut mulieres suscipientes ante mortem, vel post mortem, habitum Sanctae Clarae habeant talem relaxationem peccatorum, qualem habent viri pro habitu Fratrum Minorum. Casarrub. loc. cit. num. 5.

29 Eligentes sepeliri in aliquo habitu Religiosorum sive Minorum sive aliorum habentium eadem privilegia per speciales concessiones, aut per communicationem, debent, ut lucentur Indulgentias, recipere habitum a Superiore illius religionis, cujus est habitus, vel ab alio, cui illud duxerit committendum, & non ab aliis quavis auctoritate fulgentibus. Sixtus IV. in bulla aurea; Unde praedictum habitum dare non potest particularis frater subditus, neque Confessarius Monialium, neque quisvis alius, nisi id sibi a Praelato concedatur. Portell. dub. Regul. verb. Habitus, ad litem ad additionem, & verb. Sepultura num. 9. Non est autem necesse, ut habitum petentes dent aliquam elemosinam fratribus pro habitu, quia bullae pontificiae illas indulgentias concedentes nihil loquuntur de obligatione dandi elemosinam pro illo. Rodriguez tom. 2. q. Regul. 76. art. 20. ad fin. Portell. loc. cit. verb. Habitus: Lantusch. loc. cit. num. 6. Volentes sepeliri in habitu Religiosorum non est de necessitate quod tumulerint in ecclesiis eorum, quorum est habitus, sed possunt sepeliri, ubi sepulturam elegerint, prout eorum relinquunt arbitrio Leone X. constit. incip. Dum intra, ubi: Volentes quoque sepeliri in habitu eorumdem Fratrum in claustra non degentes, sed in propriis domibus habitantes, in eorum ultima voluntate sepulturam sibi libere eligere possunt. Sixtus IV. statuit, quod corpora volentium cum praedicto habitu sepeliri, deferantur ad sepulturam sine alio pallio, vel tegumento superimposito, non obstante quacumque ordinatione, vel prohibitione Ordinariorum locorum, etiam sub censuris facta. Sic refert Casarrub. l. c. verb. Sepultura num. 15. Vide verb. Vestis num. 17.

30 Seculares utentes habitu religiosorum ignominiose in ludis, vel in lasciviis, peccant mortaliter, & per h. Authenti. de Sanctiss. Episcop. §. ultim. plectuntur exilio, & insuper incurrunt alias poenae civiles, & possunt puniri etiam per Judices seculares, & silvester verb. Habitus num. 3. & alii. Sic mortaliter peccaret, qui habitum traderet ad lusum profanum, aut ad facinus exequendum. Sanctorum in compend. verb. Habitus num. 3. ex c. 2. Ordinis cap. 2. Statu. 71. 4. Hinc locorum Ordinarii, alii Praelati Regulares non debent dare licentiam, nec permittere, quod Moniales tempore bacchanalium recreationis gratia dimittant proprium habitum, & assumant alium secularem praesertim virilem, ut Sac. Cong. Episcop. & Regul. rescriptis Episc. Fet. 27. Aprilis 1654. Poenitentia enim non potest uti veste virili, nec vir veste fucinea, & si hoc fiat sine prava intentione & periculo scandali, & libidinis, erit tantum peccatum veniale, aliis mortale; Deuter. enim cap. 22. num. 5. sic expresse habetur: Non induatur mulier veste virili, nec vir utatur veste fucinea, abominabilis enim apud Deum est, qui facit hoc. Nullum tamen erit peccatum, si hoc faciat necessitate, quia necessitas facit licitum, quod aliis est illicitum, cap. Quoniam 1. q. 7. cap. Omnes 1. de fer. cap. Consuluit 3. de celebr. Missar. In qualibet enim dispositione necessitas intelligitur excepta; cap. Liceat, de panis. & remiss. Quod abominabile apud Deum est, peccatum dumtaxat veniale esse non videtur.

31 Habitum, & Tonsuram deferre tenentur Clerici Beneficiati non solum in sacris constituti, sed etiam in minoribus, & clericali tonsura insigniti sub poena privationis ipso facto, ipsoque jure beneficiorum, & pensionum absque ulla monitione, ac Judicis decreto, sed beneficia ipsa libere aliis conferri possunt, & pensiones cessatae, extinctae dicuntur; Sixtus V. constit. 92. incip. Cum Sacrosanctum: Habitum decentem, atque vestem talarem deferre tenentur percipientes fructus, vel pensiones ex beneficiis ecclesiasticis excedentes valorem 60. ducatorum auri de Camera. Idem Sixt. V. in edict. Constit. Cum Sacrosanctum: Habitum dimittentes clericalem potest illum reassumere non obstante irregularitate superveniente, & Ordinarii prohibitione. Sac. Cong. Concil. in Mazzarini. 27. Junii 1630. & in Regien. 29. Novembris 1692. apud Monacell. supplement. ad tom. 2. num. 199. Clericalis vestis laicis curialibus permittitur, praeter collare quod sit a collari Clericorum diversum: Be-

- Bened. XIII. in Concilio Romano tit. 16. cap. 4. Ibi: "Laicis vero curialibus cum sepe sit eis in palatio nostro apostolico versandum, sepe etiam cum Cardinalibus, & Praelatis agendum, togam clericalem nigram communem facimus, & collaria Clericorum propria, sive rotunda sint forma, sive quadrata, penitus prohibemus eisdem, & prohibita jam sibi esse sciunt, renore servato nostri Edicti die 22. Januarii 1725. expediti.
- 55 Irregularitas ex homicidio voluntario non impedit reassumptionem habitus clericalis, & Episcopus procedat prout de iure: Sac. Cong. Immun. in una Civitatis Ducalis 10. Martii 1699. lib. 2. decret. Vallem. pag. 206.
- 56 Clericus reassumens habitum post commissum homicidium gaudet privilegio quoad personam tantum. Ead. Sac. Congreg. Immun. in Gravinen. 7. Julii 1699. d. l. pag. 230.
- 57 Item Clericus, qui post renuntiationem Clericatus inquisitus à Curia laica, denuo reassumpsit habitum, gaudet privilegio quoad personam tantum. Ead. Sac. Congreg. Immun. in Spoletana 20. Novemb. 1696. l. 2. decret. Vallem. p. 49.
- 58 Similiter Clericus, qui per duas vices renuntiavit privilegio clericali, & ista renuntiatio accepta fuit ab Ordinario, potest denuo reassumere habitum, & gaudere. Ead. Sac. Cong. Immun. in Marsicen. 22. April. 1692. l. decret. Grim. p. 121.
- 59 Inquisitus de pluribus delictis, & obligatus ad ratiocinia ob officium Syndici communitatis, de consensu Episcopi reassumens habitum Clericalem, licet habeat uxorem, & filios, gaudet quoad personam, non quoad bona. Ead. Sac. Congreg. Immun. in Sorana 2. Junii 1693. l. 1. decret. Vallem. p. 51.
- 60 Item gaudet privilegio fori Clericus reassumens habitum, postquam exercuit officium Notarii, administravit publicum archivum, ac alia officia laicalia. Ead. Sac. Congreg. Immun. in Narnien. 30. Septembris 1698. l. 2. decret. Vallem. p. 178.
- 61 Clericus conjugatus soluto matrimonio rite potest reassumere habitum cum decreto Episcopi. Ead. Sac. Congreg. Immun. in Anglonen. 19. Aug. 1698. l. 2. decret. Vallem. p. 169.
- 62 Archiepiscopo injungitur, ut adducat rationes cur denegat reassumptionem habitus clericalis. Ead. Sac. Congreg. Immun. in Tranen. 2. Decemb. 1692. lib. 1. decret. Vallem. p. 8.
- 63 Quidam Episcopus denegans, seu impediens reassumptionem habitus abduxit sequentes causas.
I. Quod toto tempore habitus matrimonii cum virgine, & unica non inceserit in habitu.
II. Quod non posset promoveri ad superiores Ordines ob imperitiam, & podagra morbum.
III. Quod non reddiderit rationes administrationum locorum piorum juxta Ordines Episcopi.
IV. Quod exercuerit macellum, & laridariam.
V. Quod esset usurarius.
At cum primae tres causae militent in promovendis, non in promotis, duae autem ultimae non justificentur. Sac. Congreg. pronunciat: Orator utatur jure suo quoad reassumptionem habitus; Ead. Sac. Congreg. Immun. in una Civitatis Ducalis 13. Jan. 1699. lib. 2. decret. Vallem. p. 197.
- 64 Alia quoad habitum clericalem. Vide verb. Clericus art. 1.
- 65 Alia quoad habitum religiosum. Vide verb. Apostata, Conventus, Novitius.
- 66 Habitus quoad Tertiarios. Vide verb. Tertiarii.
- 67 Utrens habitus honorifico alicujus, ab eo inhereri potest. Ursaya Inst. crim. tit. 10. §. 4. num. 77. Abbas in c. Dilecta num. 4. ante finem de excess. Praelat. Casan. in catal. Glor. Mund. part. 1. consid. 32. & seq. Menoch. de Arbitr. caus. 18. num. 23. & seq. l. 2. Ursell. conclus. legal. 171. num. 8. & alii passim. Benedictio parvorum habituum faciendae est à Patribus Carmelitis in illis locis, in quibus conventum habent, etiamsi ante fundationem dictorum Conventuum facta fuisset à Parochis, vel à Capellanis confraternitatum; A qui-

bus pariter Patribus faciendae est processio in die Dominica infra Octavam proxiae festivitatis, cum facultate tamen Confratribus illam associandi, vel faciendi aliam processionem posteriori die. Veritate enim controversia inter Patres Carmelitas discealeatos loci Biumii Varasii, & Confraternitatem Beatae Mariae V. de Monte Carmelo super d. confraternitatis translatione ad Ecclesiam praedictorum Patrum, reaque delata ad Sac. Congreg. Episcop. & Regul. prodit die 13. Septembris 1607. Confraternitatem non esse transferendam, & cum SS. pro translatione, & quia praefata Confraternitas benedictionem parvorum habituum, qui distribui solent à PP. Carmelitis impugnat, & processionem similiter fieri solitam quolibet anno in festivitatem Beatae V. ad sui libitum celebrare praetendebant, hinc pro parte dictorum Patrum die Martii 1709. proposita causa in d. Sac. Congreg. Episcop. & Regul. per Emin. Card. Corsinum, ex post Clem. XII. Summum Pontificem, fuit rescriptum: "Benedictionem, & distributionem parvi habitus respectare in posterum ad Superiorem Conventum Patrum Carmelitarum, & quoad processionem videatur particulariter."

Reproposita vero die 22. Junii ejusdem anni 1708. fuit rescriptum: Quoad benedictionem, & distributionem habitus parvi persistendum in decis. In reliquis ad Emin. Archiepiscop. pro concordia.

Tertia tandem vice iterum proposita die 10. April. 1710. rescriptum fuit: Quoad benedictionem, & distributionem habitus parvi persistendum in decis. 1. Martii, & 22. Junii 1708. Quoad processionem vero, illam praeficiendam prius esse die Dominica infra Octavam pro Patres Ordinis cum facultate confratribus, vel illam associandi, vel aliam processionem alia die posteriori faciendam. Sic refert Ursaya tom. 3. part. 1. dicit. 24. ubi egregie rem tractat suo more per totum.

Cum quidam Canonici Regularis Lateranensis obtinuisse Indultum apostolicum retinendi beneficium parochiale cum clausula servata forma Decreti Clementis X. dubitatum fuit: Primo an teneatur deferre habitum regularem, tam in functionibus ecclesiasticis, quam extra Ecclesiam? Et secundo, an idem competat regressus, seu reintegratio ad bona renuntiata occasione professionis regularis? Et Sac. Congreg. Concilii in Firmana 23. Maii 1722. censuit: Ad primum, ad mentem ut servaretur solum. Ad secundum, Affirmative quoad usum tantum. Sic refert Card. Petra tom. 5. comment. ad Const. 9. Sixti IV. sect. unic. sub num. 5.

Habitus viatorius ad formam habitus per Praelatos, & Familiares Pontificis extra Urbem gestari soliti, servato tamen nigro colore, Advocatis Consistorialibus conceditur à Benedicto XIV. tom. 1. Const. 106. incip. Inter conspicuos §. 13.

Alia ad rem. Vid. verb. Eremita à num. 18. & verb. Vestis, num. 17. (Lit. R. pag. 56. in add. notis. col. 2.)

À reprehensione excusari nequit Auctor, qui tum hic num. 39. tum in verb. Imagines pariter num. 39. Suspenduntur quoque (ait) & prohibentur Imagines S. Augustini, S. Nicolai de Tolentino, & aliorum Sanctorum ejusdem Ordinis impressae & depictae à Fratribus Augustinianis discealeatis in eorum habitu. Latum utique fuit, ut ipse tradit, à Sac. Rit. Congreg. die 19. Decembris 1637. at istius decreti asperitas primum, & ab ipso Urbano VIII. (qui ceteroquin illud confirmaverit) ceptit demulceri, ac temperari Constit. Divinae Majestatis 19. Augusti. 1641. qua Fratres ejusdem Ordinis Provinciae Galliarum ejusmodi Imagines depingendi, imprimendive denuo facta fuit potestas, donec tandem post varios alios casus trita omnia à Benedicto XIII. è medio fuerit sublata. Hic enim supplicii pro hac eadem re sibi oblato libello à Fratribus Augustinianis Discealeatis juxta eorum vota rescripsit die 16. Decembris. 1729. his verbis: Sanctissimus petitis benigne annuit, & proinde firma remanente Constitutione confirmata privilegiorum à S. Sede concessorum Ordini Eremitarum S. Augustini per Sanctitatem suam

suam emanata Kalend. Januarii 1727. atque ejus motu proprio 21. Martii 1729. declaratorio ejusdem Constitutionis mandavit: non molestari Patres Excealeatos ipsius Ordinis S. Augustini seu alios quocumque in depingendo, aut quovis alio modo representando Excealeatos, & cum eorum habitu Sanctos, seu Beatos ejusdem Ordinis: Immo licere eis, & licitum esse Sanctos, & Beatos ipsos depingere, & representare, prout pie habitus depinxerunt, seu depingendos, vel representandos curarunt, etiam ad tenorem Constitutionis san. mem. Urbani VIII. incipient. Divinae Majestatis latae anno 1637. ac insuper eadem PP. impediri non posse, immo etiam licere illis sive publice, & solemniter, sive privatim benedicere, & distribuere Cingulos, seu Cinturas S. Monice, & Panniculos S. Nicolai Tolentinensis juxta declarationem Congregationis Episcoporum, & Regularium 30. Septembris 1622. ab eadem Congregat. confirmata 16. Julii 1627. & ita ab omnibus servari mandavit, perpetuamque super his silentium imposuit constitutione, & motu proprio supradictis, quam & quem in hac parte moderavit, aliisque quibuscumque etiam necessario exprimentis in contrarium non obstantibus.

Poterat ac debuerat D. Additor se abstinere ab indebita reprehensione Auctoris, quum jam egomet Auctor, statim ac reperi posteriores contrarias Pontificias resolutiones, ipsas, & quidem fusius quam ipse, fecerit typis edi in tertia editione Bibliothecae sub verb. Imagines num. 39. ut ibi videre potuisset. Cum autem ego prius in libris etiam Romae super typis editis, non repererim, nisi citat. Decretum S. R. C. editum die 19. Decembris 1637. & ab Urbano VIII. approbatum, & confirmatum constit. incip. Exponi Nobis l. 240. tom. 5. Bullar. Roman. & dictarum posteriorum resolutionum ne vestigium quidem reperire potuerim in novis. bulario Romae à D. Mainardo typis edito, quas tandem è parvo bulario, ad praesantissimos PP. Augustinenses Excealeatos spectantes, desumptas, illico, & sine mora, typis tradi mandavi: hinc censeat prudens Lector, quis nostrum possit juste, vel non, à reprehensione excusari.

HEREDITAS.

SUMMARIUM.

- 1 HEREDITAS quid sit.
- 2 Tota Hereditas à jure vocatur As, & nisi aliter exprimat Testator, dividitur in duodecim partes, seu uncias, quae singulae pro numeri diversitate diversae sortiantur nomina, quae assignantur.
- 3 Hereditatis nomine veniunt omnes & singulae res, jura, & commoda, sive parva, sive magna defuncti, quae haeres titulo hereditatis acquisivit, vel acquirere potuisset, item omnes actiones activae utiles ad aliquod prosequendum, vel acquirendum.
- 4 Appellatione hereditatis veniunt omnia bona ubique existentia, tam mobilia, quam stabilia; & etiam omnia credita, tam activa, quam passiva, & pariter Juspatronatus.
- 5 Non veniunt tamen hereditatis nomine legata, & minus praelegata.
- 6 Hereditatis petitio quid sit.
- 7 Adire hereditatem aliud non est, quam se pro herede declarare, seu hereditatem amplecti, agnoscere, vel admittere.
- 8 Aditio hereditatis variis modis contingere potest, scilicet verbis, factis, aut aliis signis, &c.
- 9 Hereditatem adire potest omnis, qui se obligare potest.
- 10 Ad hoc, ut hereditatem adire possit, debet ei prius ex testamento, vel ab intestato esse delata hereditas, ut sufficienter constet, quod adire volens sit certo haeres.
- 11 Hereditas ad hoc, ut transmittatur ad heredes hereditatis, debet prius esse acta, excepto casu, quo

FERRAR. BIBLIOTEC. TOM. IV.

haeres suus nondum adit hereditatem.

- 12 Per aditionem hereditatis acquirit quis jus, & dominium omnium rerum hereditarium, quas defunctus habuit.
- 13 Nec requiritur, quod eorum possessionem actu, & corporaliter accipiat.
- 14 Possessio tamen ipsa non acquiritur per solam aditionem hereditatis, nisi quis eam naturaliter etiam apprehendat.
- 15 Aditio hereditatis transfert in heredem omnem obligationem defuncti, etsi vires hereditatis excedat, casu quo non fecerit inventarium, vel sine beneficio legis, & inventarii hereditatem adierit.
- 16 Hinc post aditionem hereditatis tenetur haeres solvere cuncta legata, & fideicommissa, totamque adimplere voluntatem defuncti, ita tamen ut detrahere possit à legatis, non tamen pias, falcidianas, vel à fideicommissis trebellianicam, si fecit inventarium.
- 17 Hereditas repudiari, vel adiri debet, aliis habetur pro derelicta.
- 18 Pro parte acceptari, & pro parte repudiari non potest.
- 19 Repudiatio hereditatis est hereditatis jam delata recusatio, seu rejectio, vel non admissio.
- 20 Hereditatem repudiare potest omnis, qui eam acquirere potest.
- 21 Ordinarie loquendo, qui semel hereditatem adit, eam repudiare amplius non potest, sicut è contra, qui eam repudiavit, illam adire amplius nequit.
- 22 Limitatur autem conclusio in haerede suo, & in Minor.
- 23 Renuntiatio hereditatis est cessio, seu remissio Juris, quod quis ad hereditatem habet, vel habere potest.
- 24 Renuntiatio future hereditatis alicujus adhuc viventi incerti, seu in genere, licite, & valde fieri potest etiamsi fiat in favorem tertii.
- 25 Quaevis renuntiatio hereditatis hominis adhuc viventi, etiam in alterius favorem facta, valet, si fiat cum illius consensu, quem non revocet usque ad mortem.
- 26 Renuntiatio autem de hereditate viventi, sine hujus consensu facta non valet.
- 27 Nec talis renuntiatio valet, quamvis juramento confirmata sit.
- 28 Adit. inseruntur, ad num. 36.

HEREDITAS nihil aliud est, quam successio in universum jus defuncti, textu expresso in l. Haered. 62. ff. de Reg. Jur. Hereditas nihil aliud est, quam successio in universum jus, quod defunctus habuit. Hereditas tota communiter à jure vocatur As, & nisi aliter exprimat testator, dividitur in duodecim partes, seu uncias, quae singulae pro numeri diversitate, diversa sortiantur nomina, omnes autem simul sumptae Assem constituunt: Unde haeres totius hereditatis, haeres ex Asse nominatur, argum. §. Hereditas, 5. Insituit, de haered. ubi etiam habetur, quod in potestate testatoris sit, in quot partes hereditatem dividere velit, ibi: Hereditas plerumque dividitur in duodecim uncias, quae Assis appellatione continentur: habent autem & haec partes propria nomina ab uncia usque ad Assem, utpote haec: Sextans id est sexta pars Assis, quae facit duas uncias; Quadrans sive quarta pars Assis continens tres uncias; Triens, sive tertia pars Assis complectens quatuor uncias totius Assis; Quincunx, sive quinquae unciae; Semis, sive dimidium Assis comprehendens sex uncias; Septunx, sive septem unciae; Bes, id est octo unciae; Dodrans, sive novem unciae; Dextans sive decem unciae; Duunx, sive undecim unciae; & tandem As, sive omnes partes simul sumptae, seu tota hereditas.

Hereditatis nomine veniunt, & singulae res, jura, & commoda, sive parva, sive magna defuncti, quae haeres titulo hereditatis acquisivit, vel acquirere potuisset; item omnes actiones activae utiles ad aliquid prosequendum, & acquirendum; Communis, argum. leg. Qui